Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31238
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">



iii

dri ad confirmadas promissiones patrum gentes aut supplicia honorare deum sicut scriptum est. Propterea confitebor tibi in gentibus domine nomini tuo cantabo. Et iterum dicit. Letamini gentes cum plebe eius. Et iterum. Laudate omnes gentes dominum. et magnificate eum omnes populi et rursum ysaias ait. Erit radix yesse. et qui exurget regere gentes. Et in eum gentes sperabunt. Deus autem spei repleat vos omni gaudio. et pace credendo. ut habundetis in spe et in virtute spiritus sancti. Gradualis. Ecclesiam sanctorum eius dominus in manifesto vocet. V. Congregate illi sanctos eius qui ordinant testamentum eius super sacrificia. Alla. V. Letatus sum in hiis quae dicta sunt mihi in domum domini ibimus. V. Stantes erant pedes nostri in atriis tuis hierusalem. Sm lucas. In illo tempore. Dixit dominus discipulis suis. Erunt signa in sole et luna et stellis et in terris pressura gentium prae confusione sonitus maris et fluctuum arescentibus hominibus prae timore et expectatione quae superuenient uniuerso orbi. Nam uirtutes celorum mouebuntur. Et tunc uidebunt filium hominis uenientem in nube cum potestate magna et maiestate. His autem fieri incipientibus respicite et leuate capitia uestra. quia appropinquat redemptio uestra. Et dixit illis similitudinem. Videte ficulneam et omnes arbores cum produnt iam ex se fructum. scitis quoniam prope est estas. Ita et uos cum uideritis hec fieri. scitote quoniam prope est regnum dei. Amen dico uobis quia non praeteribit generatio hec. donec omnia fiant. Celum et terra transibunt. Verba autem mea non transibunt. Offertorium. Oremus te omnipotens miserere nobis. et plebs tua letabitur in te omnes nobis diuine misericordiam tuam et salutare tuum da nobis. Secreta. Placare quesumus domine hostias quas tibi offerimus pro nobis. et hostiis et ubi nulla suppetunt suffragia meritorum tuis nobis succurre precibus. P. Communio. Hierusalem surge et sta in excelso. et uide iocunditatem quae uenit tibi a deo tuo. Postcommunio. Repleti cibo spiritalis alimonie supplices te domine deprecamur. ut huius participatione mysterii doceas nos terrena despicere et amare celestia. P. Feria iii. Ad malades. Hec dicit dominus. Ecce ego mitto angelum meum. et preparabit uiam ante faciem meam. Et statim ueniet ad templum suum. dominator quem uos quaeritis. et angelus testamenti quem uos uultis. Et ecce ueniet dicit